



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

Buzomius èò mittitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

Christianismi Tunchinensis. Additus illi est socius Iacobus Caruallius  
cum Iaponiis duobus Catechistis, & Fr. Antonio Diaz in quo breui  
post, condigne moribus reiecto ab Societate Deus exemplum terroris  
edidit. Caruallius anno non amplius in excolendis illic Iaponiis po-  
sito Iaponiam vnde fuerat proscriptus repetiit, ubi postea morte pro  
Christo pretiosa damnatus, gelidis in aquis extinctus est, nunc anni  
principio 1615. Macao cum soluisserent, ad diem eius octauum deci-  
mam Turone in portum subiere, celeberrimum illud quod diximus  
Prouinciae Cocianae emporium. Illic suos Camallius dum obit, & re-  
nouat Faifenses Iaponios culturae penuria, sui ac Dei tantumnon obli-  
tos, rotus erat in sua Cocincina Buzonius, & iis cognoscendis quæ  
prospiciebat eius conuersioni profutura, ingenio, moribus, vitiis,  
lactorum ritibus & doctrina, ex quibus confecit Cocincinam gen-  
tem esse ex Iaponia mixtam, & æqualiter vtrimeque temperatam, nec  
totam in literis, & ( vt Sinæ) & bello ignauam; nec prorsus ferocem  
( vt Iapones) & in armis totam; statura pariter his maiorem, illis in-  
fetiorem. Cognovit illic academias haberi, & gradus literatum, cu-  
iunque meritis, probatione variorum examinum assignatos; seruari  
praterter reverenter Philosophorum veterum quædam autographa, de  
moribus, religionibus, politicis, diuinis, de orbe condito, de animo-  
ram post vitam hanc sortibus, de Spiritibus & Diis: linguam iis du-  
plicem in sū esse, vulgarem alteram, & vernaculam, peculiarem al-  
teram Literatis, velut apud nos fuerit Latina: illam characteribus ter-  
mille, seu quod idem vocabulis variè accinendo, & pronuntiando  
significationem indere omnium quæ vulgo occurrunt. Sed intelli-  
gendiis libris frustra det operam, quem illa quam diximus characterum  
Sinensium infinitas fugerit, quibus etiam vtitur Cocincina, sed diuer-  
se ab Sinis pronuntiat, vt hieroglyphicæ imagines, eadem cernuntur  
ab omnibus, sed sua quilibet significatum earum lingua effert, licet  
alii ignota. Sermo denique à peritis locupletior Sinensi iactatur, so-  
nani, & recitationi musicae propior. Iam impedimenta fementi  
Euangelicæ obstituta haud paulò plura quām in Sinis, dempto illo  
Sinarum vñfano aduersus externos odio, florebat vbiique idolorum cul-  
tus; ancilla vxorum, virorum eadem concubinæ, earum numerus  
pterogatua magnificentia; familiaritas dæmonum etiam adspectabilis,  
iuris quidem famulam præbentium operam; pueris & feminis  
nefariè consucentium, hinc se Buzonius facile diuinans quanta ma-  
nerent pericula, quām atrox dæmonum vincenda rabies, regni sibi  
deuoti propaguantium tranquillam tyrannidem, sapienter prouidit sin-  
galati sibi Christi fiducia armandum peccatum, & generositate animi  
supta morem robusta opemque à Deo præcipuam tam arduo operi  
enarrare, animaduertit cuique liberum relinqu ut patrio suo, vel quo alio  
mallet vteretur, & idolorum sacrificios Onsaios tam distinato à nobis

Buzonius  
eo mittitur.

Y y z

indui ut de nouo ab iis discrimine vestium, non esset nostris laborandum, indigenæ quidem abollas gestant amplissimas quinque aut sex, diversi coloris singulas & manicarum laxitate notabiles, sed eas è senico tam subtili, zona deorsum fissuris aperta tam multis, ut auten tenui, vel incidentium motu ventilatae, colorum veneres exerant virtute eleganti oculis blandientes. Similiter feminis, quanquam multa & ipsis cyclade stolatis, philocostuum ingenitum non defit in ostendit coloribus vestium diuersis, ultimam enim quæ longo syntone humum verrit, aliis atque aliis operiunt palmo semper ad quintam & sextam breuioribus, ne vlli color & elegantia sub alia lateat. Tors in tergum præterea capillos fundant, sed nec tondentur vnguamiri, ex quo Sinatum imperium excusere, siue vt se ab iis secernant, siue vt illos detideant tam sollicitè curiosos de colligendis ad summum verticem in tutulum crinibus; nudi tibiis, & pedibus, dumtan plantis si cui libuerit, subiiciunt soleas quas globuli quatuor digni interiecti, pedibus adstringunt, Mandarinorum & Literatorum cubus est grauior. Nigram Damascenam variis vestibus superponunt, corula ad collum & manicas prætextam fascia; caput galero tegunt, intræ sacræ haud multum absimili vestem longo vnu nostris in Oriente iam familiariter Bonzonius retinuit, diluti cœruli gosipinam tunicas, sed nudis planè tibiis, & pedibus tum ipse, tum cum secuti ambulant, quod ex quas dixi soleæ insuetis gressum maximè impedit. Orisam ad vietum incolis communem adhibuit, aqua simplici tamè maceratam, quoad carpi baccillis duobus possit quos pro fulcim scitè ac facile assueti, ægrè alij & molestè mouent. Ac mirum nobis iure appareat, Cocincinam, carnium copia & pisce abundantem, præ sua oris omnia spernere, & in coniuviis etiam, quæ crebra instruunt, & feculorum delitiis valde magnifica, caput cœnæ orisam iis esse, primam famem oris eos confidere, reliqua omnia fastidiosè ac viri gustando, carptim vellicare, damnet sanè Medici orisam coctionia in stomacho duræ, quater quotidie illa vescitur Cocincina.

Sed Buzomium angebat magnoperè linguæ & interpretis defectus quem et si præter opinionem denique inuenit breui tamen licuit coful Onerariæ Indorum & Macaensium Turonem ad commercia ituræ, interdum Clericos & Religiosos Parochorum vice veheb ut secum, qui per eas moras interprete vni, abucos baptizabant, verum interpretis lingua Lusitana omnino nihil sciens præter alios numerosum nomina mercium, pecuniarum & negotiorum, iubebatur solus ex estimo petere, an esse veller Christianus; annuenti, mox baptismus dabatur hinc multa sibi Bonzomius pollicens, simulque ab eo quem nactu erat interpretè tantum Lusitanicè perito quantum erat necesse ut in ethnicis Bonzomij sensa exponeret, & suam vicissim Bonzomium doceret linguam, per eum illos qui dicebantur baptismio tineti, cognit coepit quid crederent, nec vnum in multis reperit qui nosset quid in Christianus;

Christianus , quóve differret ab ethnico nedum qui posset de mysteriis fidei respondere , cuius rei causam apud se meditatus , longè ab omni conjectam suspicatus est de animo baptismi ab histrionibus in scenam ridiculam deformati ; cuius ut fieret certior , agentes ipsam spectat , personatus in theatrum pròdit Lusitanus , & multa natus querit ex puerō quem secum ducēbat , an esse vellē Christianus , annuentique , ergo , inquit , subi ; & capacem illi quem sub veste aparat , ventris alueum pandit , subit in eum nudos puer ; sexcentis histrio di granditate illa sua ridiculis , mortatus spectatorem , denique puerum coram parit , conuersusque ad illum abi ait , iam Christianus , es , in quibus Buzomius notauit verba quibus illi quos dixi Sacerdotes peteant ab ethniciis , aut vellent fieri Christiani ? aliud non sonare nisi au vellent fieri Lusitani , mutato videlicet nationis animo nou religio-  
nis ; Lusitani renasci , & viuere , nequaquam Christiani . Explorandis linguaꝝ.  
Igitur ethniciis an Christo cuperent nomen dare , ante omnia formu-  
la concepit ex qua illis diserte constaret Christiano quid esset creden-  
dum , tenendum , seruandum quām constanti execratione vitandus ido-  
lorum cultus , & vitaꝝ prioris improbitas æternū abdicanda . Inde  
animum verrit ad Christianismom in iis emendandum , qui præter ba-  
psalmi speciem de illo nihil habebant . Parandumque gentis idioma  
inuicto labore , & vigilatrum noctu sumpu grauissimo : quod illi  
vtrunque fortunauit diuina benignitas ; suavitate morum erat amabi-  
li , & religiosæ consuetudinis affabilitate , decori Sinensis obseruantis-  
fimus , quod Cocincinenses etiam in quolibet requirunt qui nolit au-  
dere agrestis , & barbarus ; ad hæc memoria felicis , cum excellenti ,  
quod tam tu es , ingenio coniuncta , quo præsidio linguam breui asse-  
catus est multitudine vocum , proprietate accentuum , & sonorum  
varietate impeditissimam , eiusque sibi grammaticas regulas , & com-  
modum lexicum concinnauit . His dum incumberet priuata interim di-  
ctione cum suo interprete ad dicendum publicè comparabat sese , re-  
petente isto confessim & coram verbis maximè propriis Cocincinensi  
lingua , quod is Lusitanè pronunciauerat , quām tamdiu prius exercita-  
tio quam in publicum se daret , tenuit , ut videri posset timidos po-  
tius quam cautos at desissit ab ea citius , in proclivi erat vt Christi  
annuntiator vera , falsa populum ducret interpres , quo ad hoc in-  
tereā vrebatur dum linguam haberet ita expeditam ut neque accentu ,  
nec prolatione fallere posset auditorem , quod in homine accuratissi-  
mo religionis necessariæ metus fuit , non superuacanei scrupuli , cùm  
quā pronum nibil fuerit , quām ut vocem illi notissimam , fallente  
lingua pronunciandi modum delicatiorem , in contrariam verò , signifi-  
cationem corrumperet . Sed has moras cautæ festinationis penlauit  
Deus intra paucos menses , messe annorum complurium , Turone Ec-  
clesiam statuit ad forum mercatorum ; baptismi sacra , die Paschæ so-  
lenni celebrauit , decem ritè lustrauit solos , sed virtutis magnitudine

Y y 3

31.  
Error in  
bapt. defectu